



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 55. Benedicti XIII. summi Pontificus obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

§. LV.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1730.

*Benedicti XIII. summi Pontificis  
obitus.*

Postquam Benedictus XIII. Pontifex  
Maximus habito Patrum Senatu  
die octava Februarii Alamanum Sal-  
viatum patria Florentinum Romana  
Purpura decoraverat, die decima sexta  
eiusdem Mensis violento opprimebatur  
catharo ac laboriosa tussi: Accesserat  
indies ad morbi vehementiam solito  
major virium debilitas, ac die decima  
nona præfati Mensis omnium Medicorum  
judicio de ejus vita conclamatum  
esse videbatur, adeo, ut Hanniba-  
lem Albanum, Barberinum & Corradi-  
num Cardinales, qui tum aberant, Ro-  
mam revocare oportet: Altera qui-  
dem die Pontifex meliuscule habere  
cæperat, vitæ tamen suæ finem instare  
fentiens, sepositis omnibus curis soli  
Deo vacabat, & conscientia sua a no-  
xis purgata, cum Rem Divinam per se  
peragere nequiret, die vigesima prima  
Februarii Missæ sacrificio flexis genibus  
adstitit, & Christi Corpus maximo  
pietatis sensu accepit: demum morbo  
ad momenta ingravescente ad vesperam  
eiusdem diei pientissime animam Deo  
reddidit, anno ætatis octogesimo primo,

&c

Sæc. XVIII, & Pontificatus quinto, Mensibus octo  
A.C. 1730. & diebus viginti tribus. Corpus ejus  
 postridie ad Sacellum Sixtinum trans-  
 ferebatur, ubi triduo de more expo-  
 tum erat, tanta populi, qui sanctum  
 Pontificem venerabatur, confluente  
 frequentia, ut appositæ excubiae vi-  
 prohibere possent, ne indiscreta devo-  
 tione Cadaver aut in frusta scindere-  
 tur, aut decerptis vestibus ad nuditu-  
 tem reduceretur, postea tribus inclo-  
 sum capillis e conspectu tumuli Inno-  
 centii VIII. prope portam Odei Can-  
 rum collocatum est, tertio post anno  
 ut Pontifex vivens exoptaverat, al-  
 Ecclesiam S. Mariæ supra Minervam  
 transportatum.

## §. LVI.

*Eiusdem summi Pontificis scripta  
 typis edita.*

Cum hic idem longe dignissimus Pon-  
 tifex pietatem cum scientia felici-  
 simo nexu conjunctam haberet, non  
 paucas lucubrationes Ecclesiæ ac Re-  
 publicæ literariæ perutiles posteritatem  
 reliquit, & quidem I. orationem in  
 funere Antonii Cardinalis Barberini  
 II. libellum sacrorum epigrammatum  
 III. Epistolam Apologeticam pro Re-  
 gulari habitu ab Episcopis Regularibus  
 defensam.